Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1737

Quelle:
Copyright:

Mi frater, ſi cupias ſcire, quamuis ego neſciam &c. Indicavimus illud alias. A *Maurianis* in T. VI. *Append. col.* 193. rejectum eſt.

VII. *fol.* 246. *Incipit Auguſtinus de karitate dei.* Initium: *Diuinarum ſcripturarum multiplicem habundanciam latiſſimamque doctrinam ſine vllo errore comprehendit* &c. Eſt T. V. edit. *Maur. Sermo CCCL. col.* 1348.

VIII. *fol.* 247. p. 2. *Incipit ſermo Auguſtini de Timore domini.* Initium: *Multa nobis fratres de timore Domini precepta ſunt* &c. *T. eod. Sermo* CCCXLVII. *col.* 1340.

IX. *fol.* 249. *Incipit Auguſtinus de Contemptu mundi.* Initium: *Audite fratres kariſſimi ſalutiferam patris mei* (veſtri) *doctrinam* &c. Jam pluries indicatus, ſpurius, rejectusque a *Maurianis* in T. VI. *Append. col.* 293.

CCCCXLI.

913 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 212. 4. non una manu exaratus, compilatus eſt ex his, quae ſequuntur: I. *Magiſter Jacobellus de Communione.* Initium: *Quod non ſolum ſacerdotes ſed etiam layci fideles* &c. Compilatio illa Textuum PP. pro Communione ſub utraque Specie, quae occurrit *Codd.* variis, ut *Index* docet.

II. *fol.* 26. *Sereniſſimo Principi et domino, domino Sigismundo Romanorum et Vngarie Regi, preſencia ſcripta Pro communione calicis ex parte Baronum regni Boemie Conſtancienſi concilio ad diſſoluendum preſentanda diriguntur.* Sunt vero: *Auctoritates ewangelij Doctorum Canonum et eccleſie* exorſae a *Matth.* 26. *Cenantibus autem illis accepit ieſus panem* &c. et definentes in locum *J. Wiclefi L. de Symonia* c. 1. prope finem: *Exod. 12. decernit Dominus vtrumque poſtem hoſtij* &c. Triarii hi in ſubſidium excitati videntur ab eodem *Jacobello*, qui in aliis quoque Scriptis ſuis partim hic indicatis, partim ab *Herm. von der Hardt* in *Actis Concil. Conſt.* editis eos in aciem eduxit.

III. *fol.* 39. *Sermo magiſtri Jacobelli de purgatorio.* Initium: *Ipſe autem ſaluus erit ſic tamen quaſi per ignem. 1. Cor. 3. Fratres in chriſto ieſu diligendi, quia in hijs verbis velamen eſt poſitum* &c. Adi *Cod.* DCCCCLXVIII.

IV. *fol.* 45. p. 2. Relatio bohemica de Supplicio *Joh. Huſſi*, quae incipit: *Znamenaw ze mnozy mnohe vieci* &c. et latine reddita legitur *Opp. Huſſi* edit. 1715. T. II. p. 515. f. Diſcrepat tamen Scriptoris concluſio, qua nobis incipit: *A tak ſie ſkonawa polozenie obmuceni* &c.

V. *fol.* 54. Similis Relatio latina incipiens: *Item Anno eodem M° CCCC° XV°. feria ſexta poſt Procopij die ſexta menſis Julij Nobiles domini Wenceslaus de duba et Johannes de Chlum miſſi ſunt* &c. Et finiens: *teſtimonium agnite perhibeam veritati Amen.* Re cum praecedente conſentit.